Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quis enim qui se odit hoc dicetu
rus es? Quis enim se odit? Ergo
non diligis iniquitatem sive dili
gis. Nam si diligis iniquitatem.
non dico ego. psalmus. audi. Qui
diligit iniquitatem odit animam
suam. Ergo si diligis iniquitatem.
audi veritatem. veritatem non te
palpantem. si; aperte tibi dicentem.
O dis te? quantomagis quia amas
te. O dis te? Qui autem diligit
iniquitatem odit animam suam.
Quid dicam de carne. quę vilior
pars est hominis? Si animam
odit. carnem quomodo diligit?
Denique qui amant iniquitatem.
et oderunt animam suam. omnem
turpitudinem exercent de carne
sua. Iam ergo qui diligis iniquitatem.
quomodo vis uolebas committi proxi
mum. ut diligeres eum tamquam
te? Homo qui peris te. si enim
tu ipse sic te diligis. ut pereas te.
si profecto periturus es. et eum quem
diligis sic te. Ergo quem quam
diligas. uel solus peri. aut cor
rige dilectionem. aut respue
societatem. Dicturus mihi ueris.
Diligo proximum tamquam me ipsum.
Audio plane. audio. Inebriari uis
cum illo. quem diligis tamquam te
ipsum. Bene faciam nobis hodie.
quantum possimus bibamus. Vide
quia sic te diligis. et illum ad te tra
his. et ad quod amas uocas. Necesse
est ut quem diligis tamquam te
ipsum. illuc illum trahas. ad quod
et tu amas. Humanus homo.
immo beluinus. amando talia.
qualia beluę. Beluas enim deus p
stratas in facie fecit pastum que
rentes de terra. te in duos pedes
erexit de terra. tuam faciem sursum
aspicere uoluit. Si discordet cor
tuum a facie tua. non habeas faciem
sursum. et cor deorsum. immo
uerum audi. et uerum sursum fac cor.
ne mentiaris in domo disciplinę.
Quando enim audis respondes. si; sit
uerum quod respondes. Sic te dili
ge. et diliges proximum tuum tamquam
te ipsum. Quid est enim sursum cor.
nisi quod prius dictum est. dili
ges dnm dm tuum ex toto corde